



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Ivlio III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

æde S. Marcelli cum hoc Epitaphio.

Dyonisio Laurerio Beneuentano tit. S. Marcelli S. R. E. Presbytero Cardinali, Vrbinate[n]si Episcopo, Religionis Scruorum Generali grauisimo, ac Legato Campaniæ à Paulo 3. Pontifice Maximo ordinato, viro ferè omniscientiarum genere ornato. R. P. M. Augustinus Aretinus eius alumnus Generalis posuit. Vixit annos 45. Obiit die 17. Septembris. 1542.

OTHO TRVCHSES Germanus Cardinalis Epistolastres scripsit ad Nauseam. Obiit anno 1573.

HIERONIMVS VERALLVS Cardinalis, scripsit Epistolastres ad Nauseam. Obiit anno 1555.

A IVLIO III.

ALOYSIVS CORNELIVS Cardinalis, cuius leguntur Epistolæ ad Stanislavum Hosium. Romæ iacet in Ecclesia Cruciferorum cum hoc Epitaphio.

D. O. M. Aloysio Cornelio Veneto, tit. S. Marci Presbytero Cardinali S. R. E. Camerario. vixit annos. 67. menses 2. dies 2. Obiit 6. Idus Maij 1584.

A GREGORIO XIII.

FERDINANDVS DE TOLETO Hispanus ex Comitibus Oropesq;, qui Cardinalis electus, Pontifici gratias scribens purpuram recusauit: Epistolam ad Stanislavum Hosium dedit eiusdem Hosii epistolis intersertam.

Quædam etiam Guillelmi de Papia & Alberti de Mora Cardinalium leguntur Epistolæ, S. Thomæ Cantuariensis Epistolis inditæ.

FINIS.